

PALAESTRA LATINA

SUMMARIUM

- Bibliographia, PLANAS
De modo textus corrigendi, ORTH
Proverbia
De Beata Maria Goretti, AVENARIUS
Noctis obscurae interpretatio, MARTIJA
De erratione Georgii Pelleterii pueri, HABERL
Nova et Vetera, MIR
Quid dedicatum..., MESA
Nova et Vetera, MIR
Colloquium, SARMIENTO
Compositiones vertendae.
Exercitationes Scholares, ROURA
Curiosa et jocosa, MAULEÓN, ARAMENDÍA,
ALSINA, LYSTRIS, PEJENAUTE, ARRIZABALAGA, DEL BARRIO

Ordinarii et Superiorum licentia

Compositiones vertendae

PRINCIPIOS DE LA LITERATURA LATINA (V)

De hecho (41) sabemos (42) que Esquilo apareció (43) sólo cuatrocientos años después de Homero. Sin embargo la literatura latina tuvo esto de particular (44) que comenzó (45) por la poesía dramática; pero antes que Livio Andrónico hiciese representar sus dramas (46), no (47) había (48) en Roma monumentos literarios. Porque no (49) merecen ser llamadas con tal nombre las tablas de los decenviros que prohibían los desórdenes (50), los pactos que hicieron los reyes (51) con los Gabios y los rudos Sabinos (52), los libros de los pontífices, los carcomidos anales de los adivinos (53) y el canto saliar de Numa (54), que Horacio decía (55) no entender y reía (56) de aquéllos que andaban diciendo (57) haber sido proferidos (58) por las mismas (59).

41, *Etenim* 42, *Accipimus*. 43, *Exsistere* 44, *fuit hoc proprium et praecipuum litterarum latinarum ut* 45, cfr. 25. 46, *fabulas docere o dare*. 47, *Nullus*. 48, *Exsistere*. 49, *Neque enim*. 50, *licentia morum*. 51, *foedera regum*. 52, *rigidi Sabini*. 53, *annosa volumina ratum*. 54, *Saliare Numae carmen*. 55, *negare*. 56, *ridere aliquem* 57, *dictitare*. 58, *proferre*. 59, *ipse*.

41, *etenim*, no *revera*, que como *re ipsa*, *re*, no tiene en los clásicos significado de partícula causal «puesto que», sino que sirve para indicar lo que es verdadero y real, por oposición a lo aparente o imaginario; por esto se contrapone a

specie (en apariencia), *nomine* (de solo nombre), *verbis* (de solas palabras), etc.; «*populi nomine, re autem vera sceleratissimo latrocinio*» (*Ad fam.* 1, 4, 2).

43, para mayor fuerza añádase el adverbio *denique*, omitiendo como innecesario el adverbio castellano «sólo». «*Milonis consulatus, qui vivo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique* (sólo después de la muerte de él) *tentari coeptus est*». (*Pro Mil.* 13, 34).

51, HOR. *Epist.* 2, 1, 23 y sigs.: ...*foedere regum. Vel Gabiis vel cum regidis aequata Sabinis, — Pontificum libros, annosa volumina ratum*, etc. Y verso 86: *Jam Saliare Numae carmen, qui laudat et illud*.

Exercitationes Scholares

Sertorius militibus demonstrat hostem dividere oportere ut vincatur

Aliquando cum Sertorii milites pugnam flagitarent inconsulte et violentia eorum non jam cohiberi posset, Sertorius duos constituit equos ante eorum conspectum, alterum validissimum, alterum vero imbecillimum; jussit deinde equi caudam imbecilli prorsus a juvene robusto extirpari; pilos autem equi validi singulos sensim extirpari a sene

deltro. Irritus juvenis labor risus omnium excitavit; senex autem manu quamquam tremula quod sibi jussum fuerat, fecit. Dum milites non satis intelligerent quorsum illud tenderet, Sertorius conversus ad illos: «Similis est, inquit, equi caudae exercitus hostium; qui aggreditur partes, illum facile profligare potest, nihil vero consequetur qui una deprimere conabitur.

MICHAEL ROURA, C. M. P.

Alabonae

III C. Alumnus



SPES — DICCIONARIO ILUSTRADO LATINO-ESPAÑOL ESPAÑOL-LATINO. — 2.^a ed. revisada por D. Vicente García de Diego Ptas. 30

SPES. — DICCIONARIO ABREVIADO LATINO-ESPAÑOL ESPAÑOL-LATINO — Reducción del anterior para los primeros cursos del bachillerato Ptas. 14

PABON-ECHAURI — DICCIONARIO GRIEGO-ESPAÑOL con lista de formas verbales y apéndice gramatical. — 2.^a ed., revisada por D. José M.^a Pabón. Ptas. 40

DICCIONARIO GENERAL ILUSTRADO DE LA LENGUA ESPAÑOLA. — Prólogo de R Menéndez Pidal y revisión de S. Gili Gaya,

Encuadernado en tela	Ptas. 125
id. en media piel	» 150
id. en piel	» 200

CARACTERÍSTICAS PRINCIPALES DE LA OBRA

Ahonda en los usos y significado esencial de los verbos mediante una sistemática concatación de sus acepciones.

Extrema la claridad en la explicación de preposiciones, conjunciones, adverbios.

Recuerda el origen de las palabras, mediante etimologías, prefijos, sufijos, parasintéticos, dobles etimologías.

Facilita la rápida y segura consulta de la Gramática, mediante la científica explicación de su terminología y los resúmenes de sus normas principales.

Trata los términos de religión, filosofía, derecho, etc., con especial rigor científico, dentro de la obligada concisión.

Señala los vocablos y giros incorrectos, junto con la expresión que debe substituirlos.

Da los plurales, diminutivos, pretéritos, etc., cuya formación puede ofrecer dificultades.

Concibe las ilustraciones, no como un mero adorno de la obra sino como explicación gráfica de la palabra.

EDITORIAL SPES

Paseo Emperador Carlos I, 149

Telegr. EDISPES

BARCELONA - 13


Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

VINOS DE MISA

J. DE MULLER, S. A.

TARRAGONA

Casa fundada en 1851



Medalla de Oro en la
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)
Proveedores de Sus Santidades
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

Garantía de absoluta pureza

EXQUISITA CALIDAD

Certificados del Excmo. Sr. Arzobispo de
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

PALAESTR A LATINA

Pretium subnotationis annuae, solutione antelata, est 15 pesetarum in Hispania et Lusitania, 16 pes. in America et Philippinis insulis, et 17 pes. in reliquis civitatibus - Pretium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 1042

De modo textus corrigendi

Textus omnium linguarum, cursu temporum, eo quod saepissime in aliam chartam transferuntur, varie depravantur. Sed istae depravationes et errores corrigi debent. Menda textuum velocitate scribendi, aberratione in falsam lineam, similitudine vocabulorum effecta, phantasia scribentis dominante, inertia et defatigatione scribae, negligentia correctoris, breviationibus erroneis oriuntur. Emendantur errores primo, cum sensus loci mendosi ex contextu verborum stabilitur et ex sententiarum ordine lapsus calami tollitur. Deinde certius quaeritur quale vocabulum veri simillimum sit, ex omnibus ad locum sanandum verbis propositis in illo loco corrupto, fuisse. Porro causa investiganda est cur illa vox supplenda interierit. Si ratio interitus vel mutilationis vocabuli dubii manifesta est, verum supplementum vel recta emendatio vocis propemodum inventa est. Ars critica textus solummodo medium interpretationis textus originalis est; quam ad criticam exercendam, phantasia visus opus est, qua quis litteras et syllabas celeriter permutare et transponere gestit. Haec critica litteras similes formaque propinquas pro signis sensu privis ponit; similia similibus curare studet; idcirco non modo singulae litterae vel syllabae, sed integra quoque vocabula reparantur, quin etiam sententia tota ad lacunam textus sarciendam additur. In libris scriptorum antiquorum, quibusdam locis, saepius additiones faciendae esse videntur, quam putativae interpolationes demendae.

Si quis propria iudicandi facultate caret locumque libri cuiusdam vitiosum invenire et agnoscere nequit, indicia aliorum virorum doctorum in editionibus praescripta adeat eaque in iudicium revocet, ut fuerint dignae attentione aliorum conjecturae necne videat. Cogitata priorum doctorum saepius veram quaestionis solutionem praeparare possunt. Conquisito usu dicendi, inspecto modo numerorum, animadversa peculiari cogitandi ratione, tunc auctoris vestigium convenientis supplementi inventum esse facile comprobabitur. At numquam perfectam textus emendandi sanitatem repertam esse credideris; potius et sibi ipsi critico et ceteris viris doctis semper de conjecturis ad textum corrigendos prolatis diffidendum est; haec autem diffidentia semper ad revisionem propositarum emendationum te permovere

debet. Omnes textuum examinatores proprietates certi alicujus scriptoris attendunt, itaque ejusdem auctoris errores facillime noverunt, qua propter, qui auctoris alicujus opus edidit, in fine separatis foliis exponat quemadmodum ipse errores textus auctoris optime corrigi posse putaverit, enumeratis omnibus suarum emendationum exemplis. Hoc modo multis multorum editorum narrationibus doctrina artis textus criticae satis laudabilis potest conscribi. Sed ut facultas poetica sic etiam critica facultas quasi insita est; et vis judicandi excelsi, non autem in mentem hominis intrudi potest.

Ars critica textus postremo praeclaras occasiones ad ratiocinandum praebet. Discipulis bona indole praeditis maximae utilitati est facilia exempla artis criticae cognoscere, unde voluptatem textus emendandi capiant: etenim ingenium et facultas critica tam pretiosa et cara quam rara est. Non aenigmatum verborum cruciatorum quae hodie proferuntur, sed aenigmatum et problematum verborum ex auctoribus egregiis linguarum vivarum et mortuarum mentes discipulorum ad cogitandum, inveniendum, dilucidandum impelli debent.

Fuerit haec opportuna exercitatio verborum supplendorum; ex veteri charta actorum diurnorum syllaba vel totum vocabulum aliquod exsecetur; quae pars sublata denuo a discipulis vel ab eo, qui exsecuit, restituatur; ab una syllaba vel ab uno vocabulo ad plurimum vocabulorum exsectionem veniatur et restitutionem, etiam tota linea per chartam oblique tracta exsecando eximatur et charta exsecta seposita, textus compleatur. Quod exercitium perpetuo adhibeatur, quoniam juvenibus et senibus gaudium est, digna cognitionis intentio et severa exercitatio ingenii existimari potest. Hisce supplendi laboribus etiam singulorum puerorum et virorum facultates criticae et grammaticae et linguisticae mature evolvi et educari possunt.

AEMIL ORTH

PROVERBIA

Naturam expellas furca, tamen ipsa recurret;
Después de años mil, vuelven las aguas por su carril.

Regis ad exemplum, totus componitur orbis:
Cual es el rey, tal es la grey.

Adveniens nostris dominabitur sedibus hospes:
De fuera vendrá quien de casa nos sacará.

Principiis obsta, sero medicina paratur
cum mala per longas invaluere moras:
Al enbornar se tuerce el pan.

Semper eris similis cum quibus esse cupis:
Dime con quien andas y te diré quien eres.

De Beata Maria Goretti, Virgine et Martyre

Quidam mei lectores meminerint vidisse se in PALAESTRA LATINA (et fuit in fasciculo 70 mensium novembris et decembris anni 1941 —huil quam rapide feruntur anni!) odam a me scriptam de vita et morte Mariae Goretti, quae III Non Jul. anni 1902 pugione depravati juvenis concisa postridie ejus diei obiit annos nata 11, menses 8, dies 20 Neptuniae in agro Romano. Quam vero statim vox populi sanctam martyrem Agnetique supparem conclamabat, eam hoc ipso anno a. d. V kal. Majas Pius XII Pontifex Maximus in catalogo beatarum Virginum et Martyrum adscripsit.

Puellae exuviae primum quidem tumulatae erant in coemeterio loci illius, postea, anno 1929 maxima cum pompa translatae sunt in sanctuarium Deiparae Virginis, quod jubente Pio X aedificatum Neptuniae est. Cum autem in eam regionem machinae bellicae provolare coepissent, ossa illa advecta in urbem sunt et ad beatificationis sollemnia collocata in decenti scrinio exposita sunt in ecclesia sanctorum Joannis et Pauli sacra, ad clivum Scauri. Illo cerneres decem diebus concurrentes turbas populi certatim tributum cultus ferentes heroidi. Deinde Ascensionis Domini die puellae exuviae avectae sunt in suburbicariam Albanensem civitatem, in qua dioecesi Neptunia est, in eaque cathedrali ecclesia venerationi fidelium sunt propositae; inde per alias istius regionis civitates ductae pervenerunt Neptuniam et in eodem cubiculo depositae sunt, ubi ab illis mors quadraginta quinque annis ante animam puellae separaverat. Locus in sacellum interea est mutatus. Postremum restitutae sunt sacrae Aedi Virginis, ubi sub proprio altari positae summos canonizationis honores exspectant.

Nunc quod restabat, moderatori commentariorum nostrorum supplex factus sum, ut, si ei non videretur impudentiae esse postulare ut iterum oda Gorettiana mea PALAESTRAE spatium occuparet, iterum perscribendam curaret. Hoc autem ab eo impetrabam, quod quaedam in metrum menda irrepsisse videram, et mutandae post decretos puellae honores caelitum duae postremae strophae reformandae erant. Haec igitur illa est oda:

IN BEATAM MARIAM GORETTI ODE

*Clarum Mariae martyrium legens
Pravae Goretti, sanguine quae suo
Saecli caput nostri sacravit,
Vix teneo lacrimas et anceps*

*Delibero, quid nunc prius aut magis
Mirer: triumphi quae data, gratiam,
an robur invictum puellae
Occiduae teneris sub annis.*

*Corruptor orbis viderat invidus
Praestantiorem corpore et indole,
Quam ferret aetas, te, Maria,
Quam bene comparo margaritae.*

*Hanc ille porcis aggreditur dare
Fisus caducam, verba minantia
Ausus pudendos si gravarent,
Te fore. Sic habeat minores!*

*Frustratur in Te, nescius Angelo
Dixisse Jesum, cum fieres, tuo
«Hanc trado tutandam puellam
Martyrio celebrem futuram,*

*Senos bis annos quando repleverit:
Natum quot annos me Genitrix mea
Invenit in templo, tot ista
Nata domos capiet supernas».*

*Exinde tantam suscipit Angelus
Felix alumnam, ducit et excolit;
Annis et infantem videres
Angelicos reparare mores.*

*Mater renarrat, quam fueris bona,
Quam scita, sollers filia; te ferunt
Omnes modestam: «puritate
Nulla piam superat Mariam».*

*Non multa terrae te sapientia
Inflavit; illam quam reserat Pater
Parvis, tibi Jesus reclusit,
Dum ter alit Dape te sacrata.*

*Et illa virtus, qua veteres Mali
Vicere Christi discipuli dolos,
Te reddit invictam, timorem
Dans Domini sceleris fugacem.*

*Et illa dulcis Virgo potens tua
Patrona, princeps quae quoque martyrum,
Ut crescis annis, largiore
Corde fovet; redamas et ipsam.*

*Sic comparatam daemonicus furor
Libidenosi sub facie maris
Invadit: indigno pudorem
Prodigeres male fida Christo,*

*Clam matre; ferrum cernis et horridum,
Si prodidisses ausa nefaria:
Monstrum taces; unum reponis:
«Non faciam, scelerosa res est».*

*Maria vocem reprimis, et tamen
Nunc indigeres consili et auxili;
Sentis propinquas, ni cedas, ruinas
Prompta mori, modo liliata.*

*Occasionem calliditas struit
Inferna jam bis vana ferocior;
Irrumpit arbitris remotis
Caedere, si reneges, parata.*

*«Peccare me vis? Non faciam, miser
Tu, qui peribis sic feriens tibi
Nil obligatam». Caecus ille
Vim facit; et veluti laeana,*

*Maria, luctas, dum lanio velut
Crudelis, amens immemor et Dei,
Concidit is telo lacertos
Ipsius officio occupatos.*

*Saevis jaces transfixa doloribus
Matrique multum flebilis et tuis,
Sed grata Christo, quem secuta
Das veniam generosa turpi...*

*Jam passionis finis adest tuae;
Nunc Angelorum laeta cohors polo
Delapsa terrae mole nudam
Fert animam patrias in aedes.*

*Hic te receptam virgineis choris
Christi serenus contuitus beat:
Brevisque momento laboris
Laetitia fruere perenni.*

*Agnētis instar condecoras Dei
Tu civitatem. Complacuit Deo
—Spes non fefellit— te supremo
Caelituum decorari honore,*

*Et te BEATAM dicere MARTYREM
Fas est. Imago sis popularibus
Lucens puellis exterisque!
Illecebris duce te repugnent!*

A. AVENARIUS

SUPPLEMENTUM N.º 75 PALAESTRAE LATINAE

Cum PALAESTRAE LATINAE fasciculum 75 casu deperierit et ideo nonnulli subnotatores illum habere nequeant, utile duximus praecipuas pagellas denuo edere, quas hic exscriptas legetis.

Noctis obscurae interpretatio

Ex litteris ab interprete carissimo acceptis haec liceat ingenua simplicitate et nativo sermone praemittere:

«...Parece que el Santo me ha ayudado para que, a pesar de la rapidez y la falta de medios, no resulte del todo mal la traducción de la «Noche oscura». La he hecho en verso yámbico cuaternario y senario combinados; que son los que más se parecen a la combinación castellana, y por la misma razón de parecido he puesto estrofas de cinco versos, aunque no se hallan en Horacio. Por si se ha escapado algún gazapillo de métrica (carezco de diccionario y parnaso) le pongo los versos medidos, a fin de que U. R. les dé un repaso... Desde luego el conjunto no acaba de satisfacerme, pero mi estro poético no puede dar más de sí. Recuerde U. R. lo que dice Cervantes, que las traducciones por bien hechas que estén, son tapices vistos al revés.

La noche «oscura»

*En una noche oscura
Con ansias en amores inflamada,
¡Oh dichosa ventura!
Salí sin ser notada
Estando ya mi casa sosegada,
A oscuras y segura,
Por la secreta escala disfrazada
¡Oh dichosa ventura!
A oscuras y en celada
Estando ya mi casa sosegada.
En la noche dichosa
En secreto que nadie me veía,
Ni yo miraba cosa,
Sin otra luz ni guía
Sino la que en el corazón ardía.
Aquésta me guiaba
Más cierto que la luz del mediodía,*

Nox obscura

*Sub noctis umbra naviter
ardore cordis atque amoris percita;
beata rerum gaudia!
vidente nemine exii,
meis relictis in quiete sedibus.
Securior sine comite
scalam per occultissimam, specie nova,
beata rerum gaudia!
celata solitudine,
meis relictis in quiete sedibus.
In nocte felicissima
fruens secreta mentis altitudine,
non intuebar quidpiam,
non luce gaudens nec duce,
praeter coruscantem intimis praecordiis.
Haec lux velut meridies
per civitatis me plateas contulit,*

*A donde me esperaba
Quien yo bien me sabía
En parte donde nadie parecía.*

*¡Ob noche que quiaste,
Ob noche amable más que la alborada:
Ob noche que juntaste
Amado con Amada,
Amada en el Amado transformada!*

*En mi pecho florido,
Que entero para él solo se guardaba,
Allí quedó dormido,
Y yo le regalaba
Y el ventalle de cedros aire daba.*

*El aire de el almena
Cuando ya sus cabellos esparcía,
Con su mano serena
En mi cuello hería
Y todos mis sentidos suspendía.*

*Quedéme y olvidéme,
El rostro recliné sobre el Amado.
Cesó todo y dejéme
Dejando mi cuidado
Entre las azucenas olvidado.*

quo praestolabatur diu
quem ipsa recte noveram
nullis aperta civium conspectibus.

O nox die praeclarior,
quae me per inuia nemorumque duxeris
occulta Sponsi bracchiis
sponsaeque ritu junxeris
Dilecto, amoris jam revinctam nexibus.

Meo virente pectore,
quod soli Amato illi integrum servave-
ibi quiescens dormit, [ram,
mulcente sponsa dulciter,
levi cedrorum murmurante flamine.

Ventus domum pertransiens,
Sponsi capillos seu maniplum spiceum
spargebat et blanda manu,
collum retingens in meum,
sensus trahebat in superna caelitem.

Oblivione permanens,
innixa frontem supra Amati tempora,
amore languens concidi,
Sponsi fruens amplexibus;
oblita curas inter alba lilia.

Latine vertit HENRICUS MARTIJA, C. M. F.

De erratione Georgii Pelleterii pueri

III. Ego si tu essem, effugerem, inquit ille puer qui pittacium vendiderat et jam propemodum Georgioli factus amicus erat, cum audisset, in quam sententiam illae essent litterae. Tu dicis, inquit, haud facilem esse rem, sed revera nihil in mundo est facilius. Ingredieris ecclesiam, subsistes paulisper, ut a Virgine preceris prosperum iter, postea exhibis per portam qua omnes exeunt boni et properabis ad ferroviariam stationem. — Ad stationem, ais? — Opinor. Non reverteris tu pedester in patriam; quandoquidem pecunia tibi est in sacculo, ferroviarium facies iter. — Meminero. — Sed etiam illud velim memineras paucos tibi ad cogitandum restare dies. Nam cum recitatus erit ordo instituti, denuntiare audies consiliarium, ut qui secum adhuc habeant pecuniam, hanc quam primum deponant apud praefectum; et apud quem tamen postea pecunia deprehensa erit, dabit poenam. — Ah! quid tu

mihi narras? Ne nummos quidem secum gestare fas esse? —Tibi narro, inquam, qui jam annos vitam collegii noverim. Ceterum tibi liberum est mihi non credere et utut malueris facere. —Ex illo igitur die Georgii cogitatio defixa in fuga erat.

Verum ut dicam, non erat solius ejusmodi consilium. Nam eo ipso qui secutus est die quidam condiscipulus ejus eadem via effugiebat, quae indicata Georgio erat. Sed ille fugitivus vespere tardigradus sodalibus se reddidit et cognitum postea erat reducum esse a custodibus publicis tamquam male meritum, in aperto agro inventum et peccatum suum prae se ferentem. Et illi quidem fortes viri, paucis factis interrogationibus, cum rem intellexissent, non audientes rationes nec flexi ad clementiam pueri lacrimis, hunc reduxerunt, ut ipsi ajebant ad Dominum Bosco, et sibi jure persuaserunt recte se et opus caritatis fecisse.

Hoc rei eventu, qui saepe et multum discipulis fuit in ore, et quem praefecti deterrendi causa et ipsi lætissimis describebant coloribus, factum est, ut Georgiolus jam minore cum studio persequeretur consilium, quod clam ei erat descriptum. Et fortasse tempus, optimus ille medicus, etiam Georgii animum in perpetuum illo morbo liberasset et fugae omne sedasset consilium, nisi epistula quadam nequaquam in eam sententiam scripta in mente Georgii denuo et suorum desiderium et consilium fugae excitatum esset.

Bona illa matertera, quae habitabat Nizzae in agro Montis Ferrati, non semel significaverat velle se videre et amplexari nepotulum illum suum, et nunc ei bellam scripserat epistolam, plenam animi, plenam dulcium verborum. Quod a matre pueri compererat hunc ad collegium profectum esse, gaudii voces et gratulationis protulit et nepoti proposuit ut sibi, quidquid ei opus esset, concrederet: sibi curae fore omnia. Addiderat bono femina materna monita, nulloque modo suspicata, quanti sua verba futura ponderis essent, ad extremum hoc scripserat: cupere se videre nepotem ex collegio revertentem, quem etiam Nizzam transeuntem oportuisset consistere, ubi habitaret ipsa, cui polliceretur jam nunc se eum laetam excepturam esse.

His litteris puer adductus est ut fugae consilium perficeret: Currere ad ferroviam, ferrovia vehi Nizzam ad patentem materterae domum, strategemati veluti factam, nam inde, adjuvante matertera, facilius expugnari conciliarique animum posse patris. Esse tanta humanitate Elviram materteram ut facile, quod pater data opera nollet intellegere, comprehenderet; ejus se usurum hospitio quoad deferbuisset patris ira, nisi forte is se mallet statim venire domum. Et interventu matris non adeo certe longam patris iram futuram esse.

Quis neget Georgiolum in omnes partes diligentissime expendisse consilium? Sic tamen fieri solet acuate necessitate mentem, et paulum velim consideres, quam operosum multos jam dies parvum illius cerebrum fuerit. Omnia vincit amor, et omnia initae semel viae impedimenta vicisset Georgii indomitum desiderium paternae casae impositae colli liberiorisque vitae rusticæ, quod desiderium neque tempus neque humanitas et affabilitas praefectorum lenivit.

Itaque compererat ferroviarium agmen abiturum esse Nizzam circiter tertiam decimam diei horam, eandem horam, qua nulla esset ad fugam aptior, quod egredi

posset ex collegio meridie, quo tempore omnes interessent prandio, minus observarentur januae, minor ageretur per urbis vias frequentia. Neque quisquam illo die suspicatus est aut potuit suspicari, quid secreto designaret Georgiolus, qui tam tranquillus subrideret eo die inter condiscipulos et in cavaedio et in scholis. In cavaedio certe, cum eum praeteriens catechista leniter adridens interrogasset, abissetne ille morbus, Georgius ausus est dicere abisse. Tum ille sacerdos: Memento igitur, inquit, gratias agere Deiparae, quod illa tibi sanavit animum. Quae verba per totam fere scholam sonabant in auriculis pueri. Re enim vera id unum pungebat ejus pietatem inter timorem et spem fluctuantem: Quid? Eritne illa, eritne sic caelestis contenta Mater? nam esse, quod esset acturus, inoboedientiam in patrem simul et in suos praefectos. Contra, quod ad Matrem Dei omnes pectoris sui curas rettulisset, jure sibi visus est dissimulasse facinus aliis et recte credere Virginem, si minus probaret coeptum, saltem sibi permittere. Postremo: Ecquid, inquit facio mali? Nihil admodum. Ad mammam redeo. Estne forsitan mala res amantem matris esse? Et haec consilii sui defensio ei visa tam justa est, ut dubitationis contrariae molestiam penitus eximeret.

Post semihoram, ita secum loquitur, scholae finis erit. Et dum sodales tumultuabuntur per cavaedium prandii expectantes signum, ego tacitus et obscurus in ecclesiam ibo, ubi precer Deiparam. Hoc nihil habebit admirationis. Annon licuit qualibet hora intrare ecclesiam rogatum Deiparam? O philosophum nostrum! Nec erat tum quidem quisquam intro. Georgio ultro subit transeundum celeriter, priusquam ab ullo deprehenderetur, et properat capere portam vicinamque libertatem. In medio tamen ecclesiae ut qui retineretur alicujus manu resistit. Cor illi palpitabat adeo ut sibi videretur resonare alta ecclesiae navis. Hic puer sublatis oculis ad Dominam nostram meridiano sole tum clara circumfusam luce ultro invitatus ad orationem, depositis in scamno genibus et fixo in facie consciae Matris divinae obtutu, paucis quidem, verbis sed ex imo animo fuis Virginem orat, ut sibi extraordinarium coeptum prosperet. Tum celeriter capessit ostium, antequam videret quisquam, et percursa celeriter navi postremum prospicit tabulam Virginis et portam aperit. Nemodum eum viderat praeterquam illud ex alta imagine Virginis maternorum oculorum par. Et viderat ex illa altitudine Virgo tot aliorum suorum lentam per istam januam egressionem ad laboriosum plenumque vicissitudinum apostolatatum proficiscentium. Et si Georgius tum illa porta non egreditur intrepidus missionarius, sed fugitivus puer, puer est timidus et vitae ignarus, sed boni animi. Et saepe his instrumentis divina providentia in suis consiliis persequendis utitur.


ANDREAS HABERL, S. V. D.

Romae, IV Idus Jul.

(sequar)

NOVA ET VETERA

1. — Navigii partes



1 <i>Bandera</i>	signum, vexillum	12 <i>Cable</i>	rudens
2 <i>Popa</i>	puppis	13 <i>Mástil</i>	malus
3 <i>Timón</i>	gubernaculum, clavus	14 <i>Escotilla</i>	valvae, arum
4 <i>Quilla</i>	carina	15 <i>Puente</i>	pons
5 <i>Casco</i>	alveus	16 <i>Chimenea</i>	caminus
6 <i>Ancla</i>	ancora	17 <i>Salvavidas</i>	nautisalvia
7 <i>Arganeo</i>	arganum	18 <i>Camarote</i>	cellula
8 <i>Proa</i>	prora	19 <i>Galería</i>	pergula
9 <i>Puerta</i>	porta	20 <i>Cofa</i>	carthesium
10 <i>Cubierta</i>	stega; fori, fororum.	21 <i>Antena</i>	antena
11 <i>Jarcias</i>	habenae		

2. — Navis romanae conspectus

In portum, benevole lector, procedamus, Viden' locum ubi tot opifices strenui laborant? — *Naupēgi* seu *naupegiarii* sunt; naves fabricantur, eorum officina *textrium*¹ vocatur, graece autem *ναυπηγιον*, ubi naves fiunt, reficiuntur. Haud ab eo procul est *navale* seu *navalia* (gr. *νεώριον*), ubi navigia subducuntur et servantur. — Sed est juxta nos perbella navis, *pontem sublicium* ascendamus ut navis partes perscrutemur. — En *navicularius* seu *nauclērus* adest nobis: ipse navis dominus est. — Veniam tuam, benigne domine, ad navem inspiciendam deprecamur. — *Datur vobis*. — En igitur: super *constratum* seu *tabulatum* — quod et pons et stega dicitur — consistimus. Est igitur *tecta*, *strata* seu *constrata* navis; quae vero *ponte* caret, est *aperta* seu *aphracta*. Prior navigii pars seu quae prima procedit est *prora*: ad illam stat *proreta* «qui ventos captat et de eorum conversionibus gubernatorem monet», sculpulos et inimicos invigilat, alter est post gubernatorem resque omnes custodit et servat; posterior vero pars *puppis* vocatur, — forma, uti vides, rotundâ —, altior ornatior, et honoratior, ad illam est *diaeta* i. e. *camera navarcho* seu *praefecto*, — et

¹ Generatim etiam *navalia* dicitur.

in onerariis navibus *magistro* —, destinata. Prope eos *gubernator* seu rector assidet, qui *gubernaculum* moderatur: hoc ducitur ac regitur navis; in ejus superiore parte, quae *ansa* dicitur, affixus est fustis transversus seu *manubrium*, h. e. *clavus* quo gubernaculum movetur atque agitur a *gubernatore*; ima gubernaculi pars nomen *pinnæ* habet ex pennarum volucrum similitudine.

Pone gubernatorem *hortator* seu *pausarius* assidet, qui remigum cantus seu *celeusmata* moderatur *portisculo* seu *porticulo* quod juxta Isidorum «est malleus in manu portatus, quo modus signumque datur remigantibus». In puppis vertice *aplustre* (*aplustrum*) sublime extollitur -- atque in latere *tutela* collocatur, quae est imago seu effigies dei a quo praesidium speratur, in prora vero praestit *insigne*, quod peculiare est ornamentum rem seu virum, a quo navis nomen sortitur, exprimens. Adstant *turres* seu *propugnacula*, loca munita e quibus *classarii* seu *epihatae* hostem oppugnant.

Viae in navi, per quae ad remiges hortator accedit *agæae* seu *aditus* vocantur. *Fori* vero semitae per quas nautae ultro citroque cursant (Cfr. CIC. *Senec.* 6, 17).

In media navi oneraria, et in aliis, *malus* seu arbor erigitur, cavumque illud quo malus innititur, *modius* appellatur. Majores, et in primis onerariae, duobus aptantur malis, quorum major *princeps* vocari consuevit. Malo lignum transversum adnectitur cui nomen *antenna*, in horum cacumine est quaedam machina, *carthesium* nomine, in quam ascendere ibique stare potest nauta litus, inimicum, ventos exploraturus, vel etiam *carthesium* summa mali pars dicitur, in qua sunt foramina, per quae funes trajiciuntur (FORCELLINI); hi *orbiculorum* ope et *trochlearum* (seu *rethamorum*) vela levant, ac pandunt vento. Malus subinde stipitibus seu *parastatis* susinetur; qui velamina levant ac movent, resque minores moderantur *nautarum* insigniuntur nomine.

Minores naves ac bellicae remis procedunt, horum extrema pars *palma* seu *palmula* vocatur, quod instar manus palmae protendatur; foramina per quae remi intrantes in aquam demittuntur, eamque agitant, *columbaria* nominantur. Remex, si unus, *sedili* assidet, si plures, *transtris*. *Remigium* est remorum ordo seu ipsi remi.

Quaedam naves *parāda* ornantur, i. e. tegmine seu *umbraculo*.

Ima navigii pars seu fundus, qui subter aquam est, *alveus* vocatur et *carina*, [—a D. Isidoro *cymba*—], quae tamen vox —*carina*— melius significat trabem principem et imam quae totius navis fundamentum habetur; in *carina* seu fundo *sentina* invenitur, quo aquae et sordes confluunt.

Cum navis porto appropinquat aut consistere tenetur, *ancora* «fune adligata in mare projicitur, et fundo adhaerens, navem detinet» (ISIDORUS). *Ancorale* est funis ancora adhaerens; *remulcum* est funis «quo deligata navis trahitur vice remi» (ISIDORUS), *retinaculum* est funis in puppi, qui *tonsellae* h. e. uncino ferreo vel ligneo aptari solet ad navem in litore defigendam.

Si res tibi in aquam decidit, *urinatore* voca, qui in eam sese immergens et natans, merces e mari extollit; *urinari* enim est in mare mergi et natando emergere.

Si quando navigationem instituas *vector* et *viator* eris, et *exercitatori* vel domi no *naulum* te debere memento et famulo *pulveraticam*; si vero merces tecum ad- portes, *portitor portitorium* a te repetet. Nostra autem aetate, qua tot sunt naviga- tionis inimici *nautisalviam* teneas semper oportet; — eadem ratione ac veteres deam, quae naves salvat, *navisalviam* dixerunt, eadem instrumentum qui vitam et nautam salvet, *nautisalviam* [vel *vitaesalviam*] vocarem—.

Sed, age jam, satis superque de romanorum navibus disputatum est. De recen- tiorum navigiorum varia forma et structura non est cur diseramus, quorum notio et usus omnibus patent. Non nulla tamen proferam vocabula recens efficta (*) vel novis rebus aptata (†). Cfr. PALAESTRAM LATINAM I, 7, p. 109).

3. — Vocabularium navale

<i>aduaana (peaje)</i>	portitorium	<i>petrolero</i>	* petrolifera, ae (navis)
<i>aduanero</i>	portitor	<i>piloto</i>	gubernator
<i>almirante</i>	+ praefectus classis	<i>portaaviones</i>	* alivchifera, alivëhum
<i>arsenal, astillero</i>	navalia, ium		vectoria, ae (navis)
<i>boya</i>	+ specula	<i>propina</i>	pulveratica, ae
<i>barco nodriza</i>	+ nutricia, nutricula (navis)	<i>puerto</i>	portus, us
		<i>sonda</i>	catapirâtes, ae, bo- lis, idos
<i>brújula</i>	+ nautica (acus)	<i>submarino</i>	* submarinum (navi- gium)
<i>buzo</i>	urinator		
<i>capitán</i>	+ trierarchus navis	<i>tonelada</i>	* millipondium
<i>caza submarino</i>	* submarinum insec- tans	<i>torpedero</i>	* torpedaria (navis)
		<i>torpedo</i>	+ torpedo, inis, [tere- brum]
<i>cargamento</i>	sarcina, merces	<i>torpedear</i>	torpedinem inmitte- re, impingere
<i>contraalmirante</i>	+ navarchus, i		
<i>crucero</i>	+ celox aerata	<i>transatlántico</i>	+ transatlanticum (na- vigium), * transo- ceania (navis)
<i>espolón</i>	rostrum		
<i>flete</i>	naulum	<i>vapor</i>	* pyroscapha, * vapo- rinavis, vaporaria
<i>flota</i>	classis	<i>vicealmirante</i>	subpraefectus classis
<i>gallardete</i>	aplustre, is		
<i>hélice</i>	helix, icis		
<i>muelle</i>	crepido, inis		
<i>pasajero</i>	vector, viator		
<i>patrón</i>	navicularius, nauclē- rus		

JOSEPHUS M.^a MIR, C. M. F.

Quid dedicatum...

(Oda 31, lib. I)


Quid dedicatum poscit Apollinem
Vates, quid orat, de patera novum
fundens liquorem? Non opimas
Sardiniae segetes feracis;
non aestuosae grata calabrae
armenta; non aurum aut ebur indicum;
non rura, quae Liris quieta
mordet aqua, taciturnus amnis.
Premant calena falce, quibus dedit
fortuna vitem, dives et aureis
mercator exsiccet culullis
vina syra reparata merce,
dis carus ipsis: quippe ter et quater
anno revisens aequor Atlanticum
impune. Me pascunt olivae,
me cichorea levesque malvae.
Frui paratis et valido mihi,
Latoe, dones, et precor integra
cum mente; nec turpem senectam
degere, nec cithara carentem.

*Qué te pide, Apolo, un vate
hoy que un templo te dedican?
¿qué te pide cuando nuevo
licor de la copa liban?
De la Cerdeña feraz
rica mies o apotecidas
greyes de Calabria ardiente?
No el oro o marfil de Indias
ni los campos que con mansa
corriente callado lima
el Garrillano. Otros poden,
si Fortuna les dió, viñas
con hoz de Caleno; apure*

*vino en copa áurea, por sirias
drogas trocado, opulento
mercader que al año gira,
grato a los dioses, tres veces
y cuatro la mar con dicha.
Abaste mi mesa, leve
malva, achicorias y oliva.
Oh Dios Apolo, te ruego
que disfrutar me permitas
de salud y lo que tengo
con la mente sin mancilla.
Vejez sin torpeza dame
no privada de la lira.*

CARLOS MESA GÓMEZ, C. M. F.

NOVA ET VETERA



PICTURA 16.^a URBS EJUSQUE MONUMENTA-INCENDIUM

1. — Urbem incolo peramplam, centum chil(i)ometra ab oceano separatam, quae tamen princeps est portus ¹. Fluvius, qui eam alluit, quadringenta metra patet venustamque stationem effingit.

2. — Ea urbis pars, quae in aggere ² sita est, speciem prae se fert prorsus maritimam atque operariam, atque suburbium ³ a nauticis et operariis tantum habitatum efficit. Hi autem in fabricis ⁴ atque in gasaria ⁵, cujus eminens fumarium ⁶ et gasometrum procul conspiciuntur, laborant.

3. — Medio aevo urbs opere muniebatur; etiam nunc aliqua moenium vestigia appaerent, praecipue janua ⁸ vetusti castelli ⁷, duabus turribus communiti, quae hodie pro carcere adhibentur.

4. — Recentius aedificium in eo vico, qui vetustatis speciem praebet, est teloniu ⁿ, illudque inter aggerem et angiportum ¹¹ interjacet quo ad veterem curiam ¹² ducimur. Quod monumentum facile conspicias ex praecellenti specula ¹³ quae veterem urbem prospicit.

5. — In adverso vico prostat aedificium eodem genere atque telonium exstructum, domus argentaria ¹⁴ est. Alia ex frontibus in parvam aream prospicit ubi gubernium civile ¹⁵ seu praefectura invenitur. Nam urbs nostra, quamquam caput non est, tamen est princeps regionis locus.

6. — Praesidium, haud exiguum, ampla occupat castra ¹⁶ eaque salubria, quae ad clatros saepti municipalis ¹⁷ protenduntur; ambulatio ¹⁹, quae ad illud saeptum ducit, post mensam parsimoniarum ¹⁸ procedit, atque in cathedralis ²⁰ platea desinit.

7. — Haec autem monumenta instar amphitheatri explicantur in tumulo, ubi amplum quoque lyceum ²¹ invenies. Recedentes per viam leniter acclivem, quae in viam maximam confluit, in Iustitiae palatium (seu Audientiam), ²² pervenimus: ante illud amoenum viridarium publicum ²⁶ expanditur. Quod quidem viridarium haud admodum amplum est, at in mediam urbem viriditatis atque refrigerationis velut oasis infert. Ideo ab incolis urbis maxime celebratur, qui in deliciis habent sub caefi ²⁵ umbraculo assidere ut symphoniam militarem audiant, quae die Jovis et Dominico musica ludit in tentorio ²⁷ inter vireta et silvulas locato.

8. — In quodam ex iis vireto statua aenea ²⁸ eminet, monumentum in memoriam civis erectum, qui magna in civitatem natalem beneficia contulit.

9. — Urbs nondum electrīde collustratur; tantum lampades gasariae in ea sunt. At commentarii diurni loci elaborant ut istud illuminandi genus melius reddatur sicut genus trahendi tramina melius factum est. Veteres enim raedae, equis tractae, in commodas electrivēhas ³¹ permutatae sunt, quae modico pretio velociter in omnes urbis partes vectores advēhant.

10. — Prope Iustitiae palatium, mensa nummaria ³² est, ubi deductio ex pecunia negotiatoria fit. Exatores nummularii ³³ ostiatim debitam pecuniam exīgunt.

11. — Pulchrum aedificium appositum est musēum. In eo est praeterea civitatis bibliotheca ³⁴, pulchrae historiae naturalis collectiones ³⁵ (museum), venusta pinacotheca ³⁶, quae speciosam expositionem stabilem efficit. Bis in hebdomada omnibus p̄nditur, advenae vero cottidie invisere possunt, pulveraticam custodi elargientes ³⁷. Piatores ³⁸ ad laborem conveniunt. Eos ante varam videmus, manu piatoris tabellam ferentes atque nobilissimas tabulas piatas exscribentes.

12. — In loco edito, post museum tholum ⁴⁰ valetudinarii ³⁹ conspicimus atque schola normalis ⁴¹ aedes, ubi scholarum municipalium magistri informantur. In theatri platea officinam postalem ⁴³ invenies, quae in privata domo ⁴² sedem habet.

VOCABŪLARIUM

- princeps, cipis, m., *de primer orden, importante.*
- operarius, 3, *industrial, industriel.*
- speciem prae se ferre, *tener un aspecto.*
- 3 suburbium, ii, n., *arrabal, faubourg.*
- operarius, ii, m., *obrero, ouvrier.*
- 5 *gasaria [fabrica], *fábrica de gas, usine à gaz.*
- 6 fumarium, ii, n., *Ebimenca, cheminée.*
- *gasometrum, ii, n., *gasómetro, gazomètre.*
- vicus, i, m., *barrio, quartier.*
- 10 telonium, ii, n., *aduana, douane.*
- 11 angiportus, us, m., (-um, i, n.), *calleja, petite rue.*
- 12 †curia, ae, f., *casa consistorial, ayuntamiento, hôtel de ville.*
- 13 specula, ae, f., *atalaya, beffroi.*
- area, platea, ae, f., *plaza, place.*
- 15 †gubernium civile, praefectura, *gobernación civil, prefectura, préfecture.*
- clatri, orum, m., pl., *verja, grille.*
- 17 saeptum municipale, *parque municipal, parc municipal.*
- 19 ambulatio, onis, f., *paseo, bulevar, boulevard.*
- 18 mensa + parsimoniaria, *caja de ahorros, caisse d'épargne.*
- 26 viridarium, ii, n., *jardín, jardin.*
- viriditatis et refrigerationis velut *oasim (amoenum locum) *infert, forma un verde y fresco oasis.*
- celebrare, *celebritatem habere, frecuentar, être fréquenté.*
- 25 *cafeum, i, n., *café (casa y bebida), café.*
- †symphonia, ae, f., *música, banda, musique.*
- 27 †tentoriolum, ii, n., *quiosco, kiosque.*
- vireum, ii, n., *lugar cubierto de hierba, pelouse.*
- silvula, ae, f., *bosquecillo, massif.*
- *electris, ĩdis, f., *electricidad, lumière électrique.*
- 29 lampas *gasaria, *farol de gas, bec de gaz.*
- †commentarius diurnus, diarium, ii, n., *periódico, journal.*
- genus illuminandi, *sistema de iluminación, système d'éclairage.*
- melius reddere, facere, *mejorar, améliorer.*
- genus trahendi + tramina, *sistema de tracción de los tranvías, système de traction des tramways.*
- raeda, ae, f., *diligencia, coche, boiture.*
- commodus, 3, *práctico, pratique.*
- 31 electrivĕha, ae, f., *tranvía eléctrico, tranway électrique.*
- vector, oris, *viajero, pasajero, voyageur.*
- 32 mensa nummaria, *banco, banque.*
- deductio ex pecunia (ex summa) *negotiotoria fit, se descuentan los valores comerciales.*
- 33 exactor [minister] nummularius, *cobrador, garçon de banque.*
- debitam pecuniam exigere, *hacer las cobranzas, faire les recouvrements.*
- 36 pinacotheca, ae, f., *galería de pinturas, pinacoteca, galerie de tableaux.*
- pulveratica, ae, f., *propina, porboire.*
- †vara, ae, f., *caballete, chevallet.*
- †pictoris tabella (assula), *paleta, palette.*
- exscribere, *copiar, recopier.*
- 40 tholus, i, m., *cúpula, dôme.*
- 39 valetudinarium, ii, n., *hospital, hôpital.*
- 43 officina *postalis [tabellaria], *casa de correos, bureau de poste.*
- sedem habere, *estar instalada.*

PER VIAM INCEDENTES

- Ubi habitant operarii?
- In suburbio.
- Ubi laborant?
- In fabricis et in gasaria.
- Vidistine castra?
- Vidi, et sunt ampla et salubria et

prope saeptum municipale protenduntur, quo saepe pueri concurrere ad ludum solemus; in deliciis quoque nobis est per viridarium deambulare, ibique sedentes, cafeum sumere.

JOSEPHUS M. MIR, C. M. F.

Versio latina opusculi *Livret explicatif des Tableaux Delmas*, editorum licentia prodit: jura proprietatis vindicantur

Colloquium

OCCURSUS NECOPINATUS *(In prostaculo (andén) stationis)*

- ANSELMUS. — Salvus sis, amice! Quam diu est cum te non videram! Grattissimum quidem occursum! Te videre avebam.
- RAINUNDUS — Te salvum videre volupe mihi est et gaudeo magno opere; tibi jam diu praestolor.
- A. — Rectene omnia apud tuos?
- R. — Recte; at tantum aliquantisper sollicitat patris mei non bona valetudo; tribus abhinc annis ea utitur non commoda
- A. — Unde morbum contraxit.
- R. — Nescio prorsus. Febricula assidua habet, tussit, non raro sanguinem excreat, cibum fastidit, praeter convolvulos (*cigarrillos*).
- A. — O factum male! Nihil convolvulis noxius hominibus. Mirum doleo salutem atque infirmam patris tui; Deus sospitet ocus
- R. — Medicus in dies a morbo sensim ac pedetentim recreatum iri patrem meum assertit; ipse jam video oculis meis ex illo emergere febrimque fere ex toto quiescere. Deo Gratias!
- A. — Meis verbis dicito patri tuo salutem atque iubeto diligenter eum valetudini consulere.
- R. — Istuc ominis accipio mandatisque parebo.
- A. — Quo vero in statu negotia tua, satin' salva?
- R. — Ex animi sententia, quando quidem omnia vento cursum teneant secundo. Ut valetur domi tuae?
- A. — Mediocriter; neque crumena valet satis
- R. — Doleo vicem tuam, at animam nondum debebis, amice?
- A. — Nihil minus, amicorum dulcissime Sed Deus meliora petenti Sed dic, age, quo te rapiunt pedes?
- R. — In Bonas Auras. Iter institui in illud frequentissimum Republicae caput Bonas Auras adisti nunquam?
- A. — Nunquam. Tute scis non omnibus licere adire Corinthum.
- R. — Cur ita?
- A. — Pecuniae oboediunt omnia, intelligenti pauca. .
- R. — At etiam nube solet pulsa candidus ire dies.
- A. — Verum dicis, at nefas est majores nido pennas extendere.
- R. — Omitte jam ista tempora mutantur et animus in illis. Veniet tempus et Alchinos uterque hortos invisemus, quid tibi videtur?
- A. — Quos, nescio quid loqueris?
- R. — Epicureos hortos lacusque dico.
- A. — Haud attingo rem.
- R. — Nahuelpenses lacus hortosque, inquam.
- A. — Maturate absolvisse paucis verbis.
- R. — Ex patre meo milies audivi illorum amoenitatem lacuum certare cum filis helveticis, qui sunt in ore omnium.
- A. — Silvasque, quae circumstant, cum videbis, sallustianos hortos te videre intelleges.
- R. — Haec quidem accepti et magnum me desiderium tenuit ea invisendi.
- A. — Dictu pudendum! Divites ego novi natione argentinis qui peregre pecunias suas obliguriunt et patriam, ignorant ejusdemque laudes.
- R. Nomine argentinis puta tales homines Patriae immemores et caritatis orbos Mihi videtur maturum fore ut tanta injuria animadvertatur exsilio.
- A. — Jure quidem ac merito id fiet, Rainunde; at tempus urget; usque in regressum Omnia aequae prospera cedant itinere.
- R. — Multum valet. Opto tibi felicem cursum ac recursum feliciterem.
- A. — Mnemosynon aliquid illinc afferas memento.
- R. — Libenter ac volenter id faciam.

RAINUNDUS SARMIENTO, C. M. F.

Villae Rosarii, in Argentina.

EDITORIAL GRAFICAS CLARET

TEXTOS PALAESTRA

Preparados por PP. Misioneros del Corazón de María

1.º y 2.º Cursos:

Historiae Sacrae Compendium (2. ^a edición) 4'00 ptas.
Epitome Historiae Graecae (3. ^a edición) 5'00 »
C. Nepotis Vitae Excellentium Imperatorum (en prensa)
Primer Curso de Lengua Latina 3'00 ptas.
Segundo Curso de Lengua Latina 5'00 ptas.

REPETITORIUM	en cartóné 12'50 ptas.
	en tela 15'00 »

3.º y 4.º Cursos:

Cicronis Epistulae Selectae 3'00 pts.
Caesaris de Bello Civili (agotado)
Cicronis in Catilinam (I. ^a) 3'00 pts.
Cicronis pro Archia poeta 3'00 pts.

5.º y 6.º Cursos:

Sallusti de Catilinae Conjuracione 4'00 pts.
Vergiliit Aeneidos liber II 4'00 »
Horatii Carmina Selecta (en prensa)
T. Livii Historiae Selectae 6'00 »
De Orthographia Latina 3'00 »

7.º Curso:

Prudentii Carmina Selecta (agotado)
Homeri Odyssea (canto 1.º) 5'00 pts.

Edición de sólo texto latino:

Cicronis Epistulae 1'00 pta.
Cicronis in Catilinam (I. ^a) 1'00 »
Cicronis pro Archia 1'00 »
Sallusti de Catilinae Conju- ratione 2'00 pts.
Vergiliit Aeneidos liber II 2'00 »
T. Livii Historiae Selectae 3'00 »

Otras obras de la Editorial

Las Maravillas de Fátima	Fonseca, S. J.	8'00 ptas.
Fátima y el Corazón de María	Ribera, C. M. F.	4'00 »

Devocionarios del P. Ribera:

Mi Jesús .	6'00 ptas.
Dios conmigo .	4'00 »
Querubín .	2'75 »
Angel de la Infancia	2'00 »
El Niño Piadoso y la Niña Piadosa	4'00 »
Angel de la Juventud	5'00 »
Mi Primera Comunión	5'00 »

¿Desea un Diccionario LATINO-ESPAÑOL

EXACTO, CORRECTO, ELEGANTE, para la versión española?

Lo encontrará en el **Diccionario**
del catedrático **D. Eustaquio Echauri**

Contiene una lista muy completa de PRETERITOS y SUPINOS; otra de nombres propios y un Diccionario Español-Latino. Señala, además, la cantidad de la VOCAL, que es lo que tiene verdadera importancia.

Forma un tomo de 850 páginas en 8.º — Ptas. 30 — 5.ª edición

OBRAS DEL MISMO AUTOR:

Crestomatía Latina, para los siete cursos.

Gramática Latina, en dos tomos (obra premiada)

Literatura Latina, (premiada) en prensa la segunda edición

Todo en:

EDICIONES ATLAS, Ibiza, 29 - Madrid

FOTOGRAFADOS

M. JOLANO

ARIBAU, 9, INTERIOR . TELEFONO, 30255

BARCELONA

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

Bibliographia

BIBLIOTHECA COMILLENSIS: L. ALONSO SCHÖKEL, S. J. — *La Formación del estilo*. — 350 pág., 33 pts. «Sal Terrae» — Santander.

Illud, quod adeo perfunctorie hodiernae rhetoricae pertractant, assecutus est hic liber: quasdam enim afferunt definitiones ac divisiones — quas veluti peculiare dicendi significationes accipiunt — mentis vero facultates minime moderantur, nullamque artis rationem, quamvis id quidem in libri limine profiteantur, excolunt.

Ideo jure meritoque hunc librum probatam veteris ac parum solidae recte scribendi rationis quasi renovationem appellamus. Quae novata methodus est: a) *scientiae consona*, usu psychologico «ratione probato» innixa; b) *litteraria* seu nobilissimorum scriptorum ex Graecia, Roma, sacris Libris, Patria desumptorum ab Homero ad nostram usque aetatem, ut sunt Palacio Valdés, Azorín, ex quorum investigatione leges eruuntur; c) *artis studiosa*, qua proprio dicendi genere describere, narrare, exponere cogitata possumus; d) *practica*, qua laborem cursus IVⁱ et VIⁱ in litteris, quo modo feliciter moderaverit auctor, ostenditur: in his tamen scriptioibus ars litteraria nondum confirmato iudicio dignoscitur, quod labore assiduo et temporis cursu adipiscentur alumni.

Qua nostra commendatione utinam infirmiores ac falsas dicendi artes — quae passim prostant — evellere atque extirpare possemus.

BIBLIOTHECA COMILLENSIS: L. ALONSO SCHÖKEL. — *Historia de la Literatura griega y latina*. — 272 pp., 15 pts — «Sal Terrae» — Santander.

Haec *Historia* velut superioris libri complementum haberi potest; quid enim classicis scriptoribus eruditionis et imitationis dignum insit, ostendit, quod pariter probata ad hodiernos scriptores norma esse possit. Narrandi methodo, quae parce adhibetur, institutionis seu, ut ajunt, propriae formationis methodus praepositur: quam optimorum scriptorum studio, dilucida explicatione, ratione analytica excolit. Ex classicorum operibus notas deducit, quae in vulgatis tritisque praeceptivis discimus, nulla aut minima habita ratione «exemplarium». Ibi enim, quo modo Homerus carmen epicum effinxerit, subtilius enarrat, Herodotus historiam, quam Livius velut novum carmen epicum evolvit; quo modo Plato — potius quam dialogi magister et auctor — cogitata quasi in re expresserit, Horatius formae et elegantiae quasi «sculptor» fuerit; quo modo Demosthenes animi vim ac robur, Tullius autem vim logicam, sollertiam, ingenium, artis fecunditatem, Vergilius intimum naturae sensum, Ovidius ingenii celeritatem in omnibus adepti sint, cet.

Id tantum restat ut alterum volumen cito in manibus habeamus et, quod mente tantum didicimus, usu et lectione assidua classicos degustemus.


ANTONIUS PLANAS, C. M. F.

PRODIERUNT:

F. GAPELLO. — *Historia de la Literatura Griega*. — Edit. «Coni», Buenos Aires, 1941.

J. M. OLEZA, S. J. — *Gramática de la lengua latina*. — Edit. «Surbirana», 1947.

CURIOSA ET JOCOSA



175. Quis prior inveniet Romani carmina vatis
Celatumque leget nomen Ephemeridis?

J. MAULEÓN, C. M. F.

[Pinxit PALACÍN, C. M. F.]

Celsoanae.

176. — Peccavi, Pater, cum feria sexta
carnem manducavi?

—Manducasti eam *bullā*?

—Minime, Pater, manducavi *fuscina*,

J. ARANENDÍA, C. M. P.

Barbastri.

177. — MAGISTER: Quid est radix
quadrata?

DISCIP.: Nescio; agricultioni operam
numquam dedi

G. ALSINA, C. M. P.

Barbastri.

178. — SERVUS: Domine, tandem ap-
paruit socrus

DOMINUS: Quid dixit cum eam inven-
nistis?

SER: Nihil.

DOM.: Tunc quidem... socrus non
erit.

179 — POST CONVIVIVM

INVITATUS: Numquam sic splendide
manducaram!

FILIUSFAMILIAS: Nec ego quidem.

180. — Noli asinum tundere!
— Numquid et tu ejus es fami-
liaris?

Minime; infandum vero fratrem
sic fratris ossa contundere.

181. — Hui, amice, quamdiu
non videram te! Nonne juvat me-
cum manducare...?

— Peroptime! Cum volueris ..

— Cras adibo ad aedes tuas!

182 — Quantus pudor cum mea
comoedia illudebatur in Theatro!
Fustuarium malebam!

— Noli angī animo! Alias opta-
tis tuis respondebit fortuna!

LYSTRIUS, C. M. F.

Celsoanae

183 — AVIA: Noli plorare, filirole, se-
nex enim deformis prorsus eris.

NEPOS: Profecto, tu quidem persaepe
lacrimas fudisti, nonne?

FRANCISCUS PEJENAUTE.

Alumnus Carmelita, Villae-francae

184. — Adulescens quidam subulcum
porcos pascentem in prato adinvenit cui
per jocum:

Vale, inquit, suum parens. Subulcus
autem:

Vale, fili mi.

J. MARIA ARRIZABALAGA

Alumnus Carmelita, Villae-francae

185. — Auctor, Domine, mihi esto.
Quid de filio meo? Ad poetas an ad pic-
tores ut se conferat suadeam?

Ad illos potius, papyrus enim villior
quam cannabina tela venit.

J. MARÍA DEL BARRIO

Alumnus C. Villae-francae in N.